



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Tertia est consideratio perfectiue inquisitionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

De desideranda utilitate Fo. xvii

Tertia est contemplatio desideranda de utilitate. **U**bi contemplari debemus utilitates maximas ex christi nostri natiuitate nobis puenientes. Circa hanc autem contemplationem notande sunt tres considerationes.

Prima est consideratio declaratiue distinctionis.

Secunda est consideratio preparatiue dispositionis.

Tertia est consideratio perfectiue inquisitionis.

Prima est consideratio declaratiue distinctionis. ubi videtur consideranda est distinctio multiplex utilitatis ex domino natiuitate nobis puenientis. Est autem triplex huiusmodi beneficium

Primū est pacificatiue reconciliatiōis

Secundū illuminatiue instructiōis

Tertiū deificatiue filiatiōis

Primū igitur est beneficium pacificatiue reconciliatiōis. In cuius mysteriū natus est dominus ipse pacis et ipso nato cantauerunt angeli Gloria in excelsis deo in terra pacis hominibus bone voluntatis. ut habetur Luc. ii. **U**n Ep. ii. Ipse est pax nostra etc. **S**ecundū beneficium illuminatiue instructiōis. In cuius mysteriū nos illa illuminata est Luc. ii. Claritas dei circumfulsit illi. Et ipse dominus dicitur Jo. viij. Ego sum lux mundi. Et Joā. i. Erat lux vera que illum. oem hominem uenturum in hunc mundum. Quante tenebre erant in mundo ante hunc lucis aduentum. Et sic. Populus qui ambulabat in tenebris. vidit lucem magnam. habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Sed heu nunc dicere possumus illud Jo. iij. Lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.

Tertium est beneficium deificatiue filiatiōis Gal. iij. Visit deus filium suum etc. ut adoptione filioz reciperem. Et Joā. i. Quoties autem receperit eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Jo. iij. Videte qualem charitatem dedit nobis deus ut filij dei nominemur et simus. Aug. Deus factus est homo ut homo fieret deus. ij. Pet. i. Maxima et preciosa vobis promissa donauit ut per haec efficiamini diuine consortes nature. haec et alia multa beneficia innumerabilia que ex christi natiuitate pueniunt nos inducere debent ad hanc sacram

solemnitatem cum omni deuotione et spirituali leticia celebrandam. Legit in lib. petri dionysii. quod in nocte natalis domini. quidam deuoto monacho vigilanti apparuit beata virgo maria tenens filium in gremio et colludens cum eo. Cui filius. O mater dulcissima quanta est hodie leticia hominibus de natiuitate mea in qua uis te innocentia. doctrine affluentia. miraculorum excellentia. sacramentorum celestium preminentiā et abundantiam secretorum eius gratias dedi. Sed contra. quanto dolore et indigna nunc diabolus cruciat videns deum incarnatum.

Secunda est consideratiue preparatiue dispositiōis. ubi consideranda est dispositio preparatiua ad huiusmodi utilitates suscipiendas. Est autem precipue ad hoc necessaria triplex conditio que ex conditionibus pastorum accipi potest quibus reuelata est christi natiuitas.

Prima est humilitatis ac simplicitatis rectitudo. Erant enim pastores viri simplices et humiles. Quod multi tunc sapientes pharisaei principes multique diuites iacebant in leticia et eis non est reuelatus ordo saluatoris. Mat. xij. Abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea puillis. **S**ecunda est custodie sollicitudo. Erant enim custoditores gregum suorum in quibus designat quod christi natiuitas pdest eis que suas et commissas sibi animas custodiunt sollicitate. Deut. iij. Anima tua sollicitate tua. Et Hier. viij. Passet unusquisque eos qui sub manu sua sunt. Et Act. x. Attendite uobis et uniuerso gregi in quo posuit uos deus regere ecclesiam.

Tertia uigilans promptitudo. Erant pastores uigilantes. Non enim apparet christus dormitantibus in peccatis et negligentibus. Ideo Ep. v. Surge qui dormis et exurge a morte et illum te christus. Bern. Aligilantibus pastoribus annunciat gaudium lucis et quod esse natus saluator pauperum atque laborantibus non uobis diuitibus quod uiam habetis consolatione non diuinam.

Tertia est consideratiō perfectiue inquisitionis. Ubi consideranda est spiritualis triplex conditio requisita ad querendum christum et predictas utilitates.

Prima est seruos mentalis affectionis. Hec est enim radix omnis boni. Ubi pa-

LL

De circūcissione dñi De uene

stores mirabilis affecti ad uidentū ebim: loq̄bant ad inuicē. di. Transeamus vsq̄ bethleem: et uideām⁹ hoc uerbu. i. istam re dignā p̄bo et recordatiōe. Hora bñ q̄ chris tus in nazareth p̄cipit. et in bethleem na scit. Nazareth q̄ppe interpretat flos: et beth leem dom⁹ panis. Lū ḡ h̄z flore boni p̄po siti in corde: in eo ebis p̄cipit. Sed euz fru ctū boni opis facit: ch̄rus in eo nascit. Sz proh dolor: multi faciūt abozitiū. Lōcipi unt quidē q̄nq̄ sz nō parūt. T̄ḡit fm cōst lū Bede: transeam⁹ etiā nos. exēplo ho rū pastoz vsq̄ in bethleem ciuitate dauid cogitādo ac recolam⁹ amādo: et incarnati onē ch̄ri dignis hōrib⁹ celebrādo. Trans camus etiā abiect⁹ carnalib⁹ p̄cupisct̄is: toto desiderio mētis vsq̄ in bethleem su pernā. i. domū panis uiuē: nō manufactaz sed eternā in celis: et recolam⁹ amādo q̄a uerbu caro factuz: illuc carne ascendit: ibi q̄ sedet in dextera patris. Illuc eū tota uir tutū instantia seq̄mur: et sollicita cordis ac corpis castigatione p̄urem⁹ ut quē illi in p̄cepto uidere uagientē: nos in patris so lio mereamur uidere regnāte. **S**ecūda cō ditio est uigor realis ex eoz uis: exequen do sez diligent affectōnem boni p̄positi si ne p̄castigatione. Ideo dicit q̄ uenerunt festinatē in bethleem. Ecc̄l̄as. v. Ne tar des conuerti ad dñm. et. **T**ertia est ri gor carnalis macerationis. Nā sicut dicit Job xxvij. Non inuenit in terra suauiter uiuētū. Unde pastozes inuenerūt iesū pu erū p̄panis inuolutū. et positū in p̄cepto. iux ta uerbu angeli dicentis ad eos. Et hoc uobis signū: Inuentis infantes panis inuolutū et positū in p̄cepto et. Lū aut euz iuentissent et adorassent: reuersi sūt euz gau dio: quia qui per contemplatiōē ducitur ad aēnitōnem diuine bonitatis: tōcū dus redit ad hereditiū uite actiue. Nos igit p̄ iūssimū testam queramus in humilitate cor dis et in simplicitate eū pastozib⁹. Et certe si pastozes illos sp̄ualiter imitemur: iesuz natū inuenimus in cordib⁹ nr̄is: sicq̄ dice repotētm⁹ q̄ uerbu caro factū est: habi taut in nob. Sicut ḡ dicit Bede in omel. Nos que dicta sūt de saluatore nostro ple na dilectōne festinem⁹ amplecti: ut hec in future p̄fecte cognitiōnis uisū comprehē dere ualeamus Amen.

Pro festo circūcisiōis domini.

Vocatu est nōmē eius iesus. Luc ce. ij. Solennis est et celebris di es hodierna. Tum p̄ter octauā natiuitatis. Tum etiā p̄ter signa culū circūcisiōis qd̄ hōdie ch̄ris suscepit. Tum etiā p̄ter pmulgationem sui nois. de q̄ euangelū dicit Vocatu est nōmē ei⁹ iesus. uocatu dicit: nō impositū. A deo im positū fuit hoc nōmē: sz p̄ angelū denūcia tū mariez ioseph: et p̄ eos alijs diuulgatū Sic ar̄ dicit Tho. i. ij. p̄. q. xxxvij. Nota q̄ aliq̄b⁹ imponunt diuinit⁹ / sz signat aliq̄ gratuitū donū eis diuinitus datū. sic Gen. xviij. dixit dñs abrae. Appellaberis abiaā q̄z patre multaz gētū p̄stitui te. Et mar. xvi. dicit est petro Tu es petrus et sup hac petra edificabo ecclesīā meā. Quia ḡ chris to hōi hoc gr̄e munus collatū erat ut per ipm̄ oēs saluarent Iō uenient uocatu est nōmē eius iesus. i. saluator. Sunt q̄ppe plura nomina ip̄i dñi saluatoris. Tamē au p̄ns tria ip̄oz specialit̄ contes: plabi mur. quoz significatio maxime nobis ex plicat ea que nostre saluti ueniunt: et ip̄z deū significat ut subsistens est i vtr̄sq̄ na tura. scz Emanuel: Ch̄ristus: Iesus.

Primū est nōmē admirande celsitudi nis. Emanuel

Secūm est nōmē venerande sanctitudi nis. Ch̄ristus

Tertū est nōmē desiderande dulcedi nis. Iesus.

Rimū est nōmē admirande celsitudi nis. Et hoc est hoc nōmē emanuel. de quo Esa. viij. Vocabit nō men eius emanuel. qd̄ signat illā supadmi rabilem vnionē deitatis et humanitatis in persona dñi saluatoris. Emanuel enim interpretatur nobiscū deus. v. nobiscū diu nitas. Et autē deus ip̄e p̄ natiuitatē suaz tp̄alem nobiscū triplici presentia.

Prima est presentia p̄sonalis vnionis.

Secūda est specialis p̄pitiatiōis

Tertia est sacramental' refectionis

Prima ē presentia per sonalis vnionis: per quā sic specialit̄ nunc nobiscū est deus q̄ nō illo mō eū angelis